



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Titvlvs XLIV. De Custodia Evcharistiæ, Chrismatis, Et Aliorum  
Sacramentorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

## De Custodia Evcharistiæ, Chrismatis, & alior. Sacr. 525

ante susceptum Baptismum (Fluminis) bona quidem fide suscepti, iterum ordinari debeat, concludit Pontifex juxta *cap. 1. h. r.* ex Concilio apud Compendium celebrato, ad omnes Ordines iterum ordinandum; tum quòd hoc tutius sit, juxta eam propè

omnium sententiam, qui Baptismum Sacramentorum januam asserunt, præsertim Characteristicorum; tum quòd non censetur ita ratum, quod nescitur, aut ambigitur esse factum, ut Pontifex ait.

### TITVLVS XLIV.

#### DE CUSTODIA EVCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORUM SACRAMENTORUM.

**D**ubius Capitulis totus hic titulus absolvitur, in quorum primo, quod de sumptum est ex Concilio Generali Lateranensi, statuit Innocentius III. sub fidei custodia, clavibus adhibitis, in curatis Ecclesijs (Parochialibus scilicet) Chrisma, & SS. Evcharistiã aservanda (idem judicium est de oleo simplici pro extrema Unctione benedicto) sub pœna suspensionis ab officio per tres menses, illius, cui custodia talis incumbit, si ea incautè reliquerit; ac etiam sub pœna graviore, si ob ejus incuriam gravius aliquid (furtum v. g. talium rerum, aut alia irreverentia gravis) contigerit.

In secundo Capitulo graviter invehitur hic ipse in Concilio Generali Innocentius Pontifex, in eos Clericos, qui usque adeò decorem suæ Ecclesiæ, & vasorum ac paramentorum ad usum Ecclesiasticum destinatum negligunt, ut horrore potius esse possint intuentibus, quàm ædificatione; præcipiens, ut omnia munda, & nitida conserventur; nimis enim videtur absurdum, ut ait hic Pontifex, in sacris sordes negligere, quæ dedecere etiam in profanis; & firmiter etiam prohibet, ne suppellectilia (domus suæ aut alterius) profana, extra casum urgentis necessitatis, hostilis scilicet incurtus, incendij &c. ad Ecclesias admittant, ex quibus domus Laicæ potius, quàm domus DEI appareant.

### TITVLVS XLV.

#### DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

**V**T tollantur multi abusus, ex superstitione vulgi nonnunquam devotione provenientes, statuit Alexander III. Pontifex in *cap. 1. hoc tit.* non licere ullum pro Sancto

venerari (aut cultum ei publicum, ut Sancto deferre) absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ (per solemnem Canonizationem in numerum Sanctorum eum referentis) ut multa scilicet scandala evitentur. Ad quæ vitanda in secundo etiam *Cap. hujus Tit.* statuit,

Uuu 3

statuit,